

A.K. 413, 2.

Q. D. B. V
DISSERTATIO I.

II i
248

OBSERVATIONVM CRITICO-PASSIONALIVM SYNEDRIVM MAGNUM

EX ANTIQUITATE MAXIME IVDAICA ET
FORMVLIS VETERVM IN PRIMIS HEBRAEORVM
VNIVERSIM EXAMINANS

Q. V. A. M

INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
INDVLTV

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA

DIE AVG. M. DCC. XX.

PLACIDAE ERVDITORVM συζητήσεις
SVBMITTIT

P R A E S E S

SAMVEL FRIDER. BVCHERVS
AA. ET PHIL. MAG.

E T
RESPONDENS

IOH. ERNEST. GOTTLLOB
DE VVARNSDORFF
EQV. LVS. SVP.

VITEMBERGAE
LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.



5. A

1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM
1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM

1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM
1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM

1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM
1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM

1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM
1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM

1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM
1700
MAGDEBVRG
CIVICVS LOTHARIO
SACRUM

ILLVSTRISSIMIS PERILLVSTRI
AC EXCELLENTISSIMIS
DOMINIS
DOMINO
IACOB O HENRICO
S. R. I. COMITI
A FLEMMING,

Magni Ducatus Lithuaniae Comiti Stabuli, Copiarum
Regni Poloniae ad normam Germanorum institutarum Ge-
neralissimo, Supremo Campi Mareschallo, Exercitus Elector. Saxon.
Directori, in Secretiori Consilio Senatori, Consiliario Intimo, Consilio
bellici Praesidi, Pomeraniae Vlterioris Mareschallo hereditario, Do-
mino Castrensi in Martentin et Boeck, Ordinis S. Ioannis Hiero-
lymitani Commandatori designato in Lagov et Supplingenburg,
Ordinis Aquilae albae, Elephantini et S. Andreae Equiti, Dynastae
in Lichtewalde, Schwerta superiore et inferiore, Burkers-
dorff, Volczyn etc.

DOMINO
CHRISTOPH. HENRICO
S. R. I. COMITI
A VVATZDORFF,

Sāmat. Ordinis Aquilae albae Equiti, Potentiss.
Poloniar. Reg. et Sereniss. Ele&t. Saxon. a Supremis Consi-
liis Secretioribus, Consiliario Intimo, Supremo Exactionum &
Census Regii ac Electoralis Directori, Praeposito Budissinensi, Ca-
nonico Cathedrali Misnenensi, Dynastae in Crosta, Eulevitz,
Stetten, Burckenheyda, Viefa, &c.

DOMINO
ERN. CHRISTOPHORO
S. R. I. COMITI
DE Manfeuffel /

Ordinis Sarmat. Aquilae albae Equiti, Potentiss. Polon.
Reg. et Sereniss. Elect. Saxon. a Supremis Consiliis Secre-
tioribus, Consiliario Intimo, Supremo Bibliothecæ Regiae Directori,
Starostæ Novodvorensi, Dynastæ in Kerstin, Kruckenbeeck, Gan-
delichen, Kruhna, Slavicin, Summin,
Gardaviz etc.

DOMINO
GOTTLOB HIERONYMO
DE LEIPZIGER,

Potentiss. Polon. Reg. et Sereniss. Elect. Saxon. Su-
premi Senatus Ecclesiastici Praesidi Eminentissimo, et
Cubiculario, Dynastæ in Heyda &c.

DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS.
S.

ILLVSTRISSIMI PERILLVSTRIS
EXCELLENTISSIMI DOMINI

DOMINI GRATIOSISSIMI



rauissimis rationibus, HEROES
ILLVSTRISSIMI, ac PERILLV-
STRIS, quas inter plurimas, ne uer-
borum ambagibus HUMANITA-
TE VESTRA abutar, et ILL V-
STRISSIMAS ac PERILLV-
STREM in EXCELLENTIAS

VESTRAS grauis existam, filere uolui, permotus, exi-
guo illo, si ab argumenti dignitate & scopo discesseritis,
monumento in CONSPECTVM VESTRVM uenio.
INSOLENS VESTRA BENEVOLENTIA et
SINGVLARIS erga Musas AFFECTVS cer-
tissimam planissimamque ad VOS monstrare uiam.
Vberrimi GRATIAE VESTRAE prorsus INVSITA-
TAE fructus in illos, qui sanguinis lege mecum arctius
sunt coniuncti, haetenus redundare. Ad haec a Pa-
tronis et Parentibus relicto compellandi sunt MECAE-
NATES, qui me, cum omnis ferme spes occidere
uideretur, restituant, fulciant, erigant. Tribuite igit-
tur hoc mihi, qui VESTRA in primis, HEROES
IL-

ILLVSTRISSIMI ac PERILLVSTRIS,
GRATIA INVSITATA innixus, *Antiquitates Pas-*
sionales, VOBIS, sperata compellationis uenia, sub-
missa animi deuotione consecro, & VOS enixissime
rogo, uelitis *Dissertationes has Academicas BE-*
N
VOLEN
TIAE VESTRAE MAGNITVDINE,
Sanctitate argumenti, aestimare, et me illos inter cli-
entes recensere, in quos GRATIAE VESTRAE fru-
ctus benignissime conferre, haec tenus consueuistis. PA-
TROCINIVM VESTRVM praeponens, gratamque
Beneficiorum memoriam pie recolam, DEVMQVE
T. O. M. pro salute ac incolumentate VESTRARVM
EXCELLENTIARVM ET DOMVVM ILLV-
STRISSIMARVM AC PERILLVSTRIS precari,
quotidie sustinebo

ILLVSTRISSIMARVM AC PERILLVSTRIS
EXCELLENTIARVM VESTRARVM

Vitembergae,

Die VI. Mai. MDCC XXI.

M. SAMUEL FRIDERICVS BVCHERV.

PRAEFATIO.



affio Seruatoris nenuis est Euangeli;
מְכֹרֶם, κεμέλιον, unicum salutis hu-
manae θεμέλιον. Vnde D. Paulus,
doctrinae summam esse, ait: *Scire Ie-
sum Christum &c. 1. Cor. 2. 2. Gal. 6. 14.*
propter quem omnia pro damnis du-
cit, habetque pro reiectamentis, *Phil.
3. 8.* Apostolo uidentur omnia σωθά-
λον, (παραβολιῶς, Chrys. ap. Camer. ad
h. l. p. 76.)

HundezKnochen, quod iuxta Bezan p. 598. non male
conuenit cum eo, quod supra canes istos Pseud-Apostolos
uocarat. Steph. Ind. Thes. P. 2. p. 45. apud Phocyl. σωθά-
λοντα τελεῖης; Sceleron, instar ossis canibus proieci, id
est, Gentilibus, (uid. Mt. 15. 27.) quos Hebraei contemptim
canes appellant, daran, ut Germani aiunt, mögen die Hey-
den knäubeln, se uero Euangeli carne & medulla uesti uo-
lunt. Propositionem totius Scripturæ, si quis quaerat, inue-
niat in illa V. & N. T. publica confessione: יִדֵּיק בְּאַמְנוֹתָךְ, Hab. 2. 4. ὁ δὲ δίκαιος ἐν πίστει ζήσεται, interprete A-
postolo, Rom. 1. 17. Hebr. 10. 38. Hic enim est πιστός ὁ λό-
γος, quem נתנו, dederunt, ut Hebraeus ait, omnes Pro-
phetae, Act. 4. nimirum quod Christus uenit in mundum,
ut peccatores saluos faceret, 1. Tim. 1. 15. Hebraeorum Stu-
diosi doctrinas selectissimas appellant λόγους πάσους ἀποδοχῆς
ἀξιώς, sermones omni ACCEPTIONE dignos, auctore
Goodwino, Mos. & Aar. l. 2. c. 2. §. II. p. 379. Pauli sermo haud
dubie talis est λόγος πάσους ἀποδοχῆς ἀξιώς, uers. 15. quem
non semel, sed iterum, iterumque quam diligentissime incul-
cat, Phil. 3. 1. atque κατ' αὐτούς, tanquam summam Scriptu-
rae, argumentum, compendium, propositionem, μετὰ τῆς μεγά-
λης πληροφορίας, explicat. Haec summa mortis Christi di-
gnitas atque ἔξοχη, qua omnis nititur fides nostra, ubi altius
animo perpendissem, praeterita me mouebat aestate, ut ex

A.

Anti-

Antiquitatibus & formulis Veterum maximam partem Hebraeis in Praelectionibus Critico-Passionalibus faculam accederem, quas commentationes succinctas, cum aequis Antiquitatum aestimatoribus non displicerint, in lucem, quamvis sub alio habitu, mutatis mutandis, emittere, nullus erubesco. Plurimos praeiuissime, non dissimulo, praesertim, cum ritus non ab ingenio, sed e monumentis Veterum, antiquisque scriptis, sint arcessendi. Quidam inter scriptores *Homileticis*, quidam *Dogmaticis*, aut *Aeticis*, accensentur, qui Antiquitates non euoluunt, aut, si habent, sparsim attingunt. Alii, quos inter *Reformati* non pauci, novandi pruritu, ostentationisque studio praerepti, Antiquitates sibi, nescio quas, pro iubitu fingunt, & suis imaginariis ritibus Scripturae, Mysteriis diuinis, uim non uno in loco inferunt. Quamobrem ritus a viris alias literatissimis excoigitati a ueris, nec fidei Analogiae aduersantibus, diligenter sunt fecerendi, atque sic nulli, nisi usu recepti, ab ultima inde memoria aduocandi. Alii denique nimis prolixii, aut tam rari sunt, ut, quae integris voluminibus recensentur, in unum congerere, & non ubiuis obvia, $\omega\delta\ \dot{\epsilon}\ \sigma\upsilon\omega\psi\alpha$, collatis subinde Scripturae versionibus, sistere, maximo fore usui, existimarenti. Addo, quod, in Passionem commentari cotidie, a Christianis deceat. Mortem Christi cogitemus perpetuo. Hoc sit ab infatia studium, in hoc occupetur & sudet iuuentus nostra, hoc virili consecremus aetati, hoc sentum cura, vigiliae, solatium, in hanc denique mortem confisi Spiritum olim Deo reddamus. De methodo non opus est multa differere. Placuit enim vulgaris, instituto huic satis conueniens, quae tres constituit *Sectio-*
nes, quarum *prima* complectitur *Antecedentia*, *Passionem* striete sic dictam *altera*, *tertia Consequentia*. Nihil restat, quam ut Patrem Coelestem per uulnera Christi enixissime rogemus, uelut Spiritus sui nos gratia illuminare, atque adeo efficere, ut disquisitiones illae uergant in Nominis diuinigloriam & proximi salutem.

SECTIO

3.

SECTIO I.

CONTINENS ANTIQUITATES PASSIONEM PROXIME ANTECEDENTES.

Per Antecedentia non omnes intelligimus promiscue Antiquitates mortem Christi praecedentes. Sic enim totus V. T. cultus Leuit. qua pater, & integer uitae cursus praemittendus esset. Sed illas hic intellectas uolumus, quae proxime ac immediate anteuierunt, & in uiam quasi nos ducunt ad Passionem. Cuiusmodi sunt conuocatio Synedrii, uncio in Bethania, contractus Iudee cum hostibus CHRISTI initus, CHRISTI de traditione praedictio, ad agnum paschalem preparatio, Christi de proditione praedictio aperta, confessatio agni paschalis, institutio S. Coenae, de discipulorum scandalizatione praedictio, uehemens Christi in barto precatio. De singulis sigillatim.

CAPVT I.

DE

SYNEDRIO M. VNIVERSIM SPECTATO.

§. I.

Captiuitatis & interfectionis causa ex parte Iudeorum erat odium, quod contraxerat sibi innocentissimus Seruator, ut reliquas, quas Theologi passim exponunt, causas hic silentio praetereamus, praeferunt e miraculis, sigillatim uero ex resuscitatione Lazari, miraculo omnium, cum uiueret maximo, Ioh. ii. 46. 47. &c. de quo pauca erunt submonenda.

§. 2. Princeps Synedrii Caiaphas Pontificibus ac Phariseis dixit: *Vos nescitis quicquam, nec perpenditis, quod expedit nobis, ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat,* de quo effato Sagittar. Hist. Pass. P. i. c. 1. §. 12. 13. p. 3. significanter admodum edifferit: *Non assentimur illis,*

A 2

illis, qui hoc effatum profectum esse uolunt ex prudentia, quae πρεσβυτην uocatur, quaeque ea dicitat consilia, non quae in se honesta sunt, sed quae in summa Reipublicae salute summa flagitiat necessitas. Verum Deus ita Pontificis populi principatum tenentis linguam direxit, ut licet malus sentiret male, bonum tamen, et si non bene, diceret, cumque crudeliter appeteret innocentis mortem, idem mysterium redemptionis praediceret. Lazari uero resuscitationem mortis causam, saltim ex parte Iudeorum, fuisse proximam, atque immediate precedentem, in historia sacra planum est. Christus enim illo miraculo diuinam ἐξστασιν ad oculum demonstrare, ac hostes inexpiabili odio flagrantes ad perpetuum compellere silentium uolebat. Lazari Τάφος ἀθέναια Seruatori, ui omniscientiae suae, erat quidem nota, sed iter aliquod in dies diffrerabat, quo nemo, cum iam quatuor per dies in spelunca dormiuisset, ueram ex mortuis resurrectionem in dubium uocaret, aut, ut antea, aliiquid exciperet. Vnde Christus perscinter dixit; οὐκ εἴσι πρὸς Θάνατον &c. Nimirum terminativa erat πρὸς Θάνατον, non ultimato, ubi fuit ὑπὲρ τῆς δόξης Τάφου, καὶ δοξασθή &c. Non enim habent, quod ad hoc illustre exemplum regerant, impii, Ioh. II. 46. sqq. Quapropter Synedrium conuocant, pessimaque de morte Christi consilia ineunt, teste Euangelista, uers. 53; ἀπ' εἰσίνεις δὲ τῆς ιμέρας συνεβλεύσαντο, ἵνα ἀποκλειστῶν αὐτόν. De cetero Seruator, quando pronuntiat: Λαζαρός ὁ Φίλος οὐδῶν κενομοντας, non loquitur περὶ τῆς κοιμήσεως Τάφου, sed τῷ Θανάτῳ, s. τοιεὶ τῷ Θανάτῳ αὐτῷ, uers. 13. ita, ut phrasis sit *impropriæ* & μισαφορικῆς accipienda, καὶ παρουσιαν & εἰς εἰκόνα, sicuti mors diserte tam in Antiquitate sacra, quam profana ὑπνός dicitur. XV. 51. 1. Theff. 4. 14. &c. Gentiles ideo, ὕπνον ipissimum mortis sororem esse, finixerunt. Hesiod. Theog. diserte; Νῦξ ἔτεις ὕπνον &c. tum consanguineus letbi sopor -- -. Porro perpetuum somnum mortem appellabant, κοιμήσιν Τάφον, ut Ier. 51. 39. Dougt. Anal. S. P. 2. p. 59. Vnde, cameram sepulchralem, in qua ossa

ossæ sanctorum requiescent, Veteres Hebraeos קבבָּם, Graeciος κοιμητήριον, Gallos Cemetiere, dormitorium, ex more loquendi perantiquo, uocasse, constat. *Athen. lib. 4. 76v*
κοιμητῶν scribit, apud Cretenses in singulis ciuitatibus esse quasdam aedes publicas, ad excipiendos peregrinos, quae adpellarentur κοιμητία. Veteribus Christianis perinde atque Iudeis camerae sepulchrales, *cryptæ*, uidebantur κατάλυμα, diuersorum, quo lassitudine confecti mortui diuerterent, qua de re dicam Parte III. de Sepultura Christi.

§. 3. *Iudicia Hebraeorum* triplicis erant ordinis. *Triumvirale* primum constans ex tribus viris, qui leuiculis rebus diiudicandis praeficiebantur. Alterum *Synedrium minus*, tribus & uiginti constans viris. Tertium maximus confessus *Iudicum LXXI*, quem *Synedrium M.* uocant, in quo res maximi momenti agebantur. *Sagittar. l.c. p. 3.* Iam, *Synedrium M.* virorum *Septuaginta unius* uniuersim examinare, est in animo.

§. 4. *Synedrium M.* fuit confessus, uel senatus publicus, a Deo per ministerium Mosis haud dubie institutus & in dies usque Seruatoris uoluntate Dei asseruatus, in quo viri Sapientes LXXI ex Israel, nempe Praeses cum assistentibus, in urbe praesertim sancta, res diuinas pariter ac humanas, judicialiter, initio iuxta leges diuinitus praescriptas, deinceps quoque insimul iuxta traditiones a Maioribus acceptas egit, in Numinis diuini gloriam, Reipublicae autem Iudaeicae incrementum, ac Iudeorum salutem.

§. 5. *Congregationes Hebraeorum iudicariae* adpellantur Talmudicis סנהדרין, סנהדריון, סנהדריאן, Sanhedrin, per compendium scriptionis סנרכו, a Graecis uocabulis σύνεδρα, συνέδρια, σύνεδρον, συνέδριον, adnotantibus id Elia Levita in *Thibsi ad uocem* Drus. ad *Diffic. Loc. Num. 48. Buxtorffio, Lex. Talm. col. 1509. & 1513.* Seldeno de *Synedr. V. H. l. 2. c. 4. p. 560.* Vox autem Sanhedrin, interprete Bynaeo de *M. C. l. 1. c. 2. p. 116.* sub *Macedonum imperio recepta est*, qui *Senatores uocarunt*

Synedros, reſte Liuio, l. 45. c. 32. Eodem ſenſu apud Graecos e marmore ueteri Smyrna pridem in Angliam allato elicitur, τΟΥ ΣΕΜΝΟΤΑΤΟΥ ΣΥΝΕΑΡΙΟΝ ΤΩΝ EN ΣΜΥΡΝΑ ΓΕΡΡΟΝΤΩΝ, honoratissimi Synedrii Senum, qui Smyrnæ ſunt. Vi uocis ſignificat confēſſum, locum confēſſus, den ſiſenden Rath, den Orth, da der ſiſende Rath zusammen kommt. Unde antiquis Germanis formula iuridica non eſt infrequens: Für gehegter Banck, am Siſe-Tage. Lund. Iud. Heil. l. 3. c. 12. p. 455. Eodem ex capite Thucyd. σύνεδροι ſunt καθήμενοι & apud Soph. in Ajace σύνεδροι πάντας, corona confiden- tium principum. Aristotleles idcirco συνέδριον adpellat βε- λευτήριον καθημένων, locum, ubi conueniunt σύνεδροι, Senatores, ſedentes πέδη ή συνεδρέουν, ad consultandum, ut Quidio olim dicebantur confedere duces, Steph. Thes. l. p. 1087.

§. 6. Publicum confēſſum adpello 1.) ratione loci. Con- uenerunt Senatores in locis, aut aedibus, non priuatis, ue- rum publicis ad id extrectis. 2.) ratione personarum, s. Sub- ieſſi. Conſtabat Synedrium e personis non priuatis, ſed publicis, publica conſtitutis auctoritate. 3.) ratione obiecti, s. rerum illic aſtarum. Omnia quidem negotia, ſed maxi- me publica, in Synedrio M. traſtabantur. 4.) ratione finis, qui erat omnium uetus communis & publicus. Synonyma ſunt: מִתְּחִיָּה, domus Iudiciorum, Syr. حُدُوْن, Δικαίωσις Arab. حُدُوْن, domus iudicii ; בית דין חֲנֻכָּה magni, das große Geiſt- Haſſ, Mischna Sora c. 1. s. 4. סַנְהֶדְרִין כָּדוֹת, Sanhedrin M. c. 1. s. 6. בית דין טָל עַל domus iudicii ſeptuaginta unius, γερρασία, hoc eſt, ſenatus, ut dicitur in Actis 1. ut Veteres loquuntur, ἐν τοῖς αἱρουμανέ- μασι Ἀποσόλων, Philoni, Iofeph, aliis. Quandoque ἔργον & ἀγορά, congregatio, uel coetus κατ' ἐξοχήν, item εὐκλησία praeg- granter, Περιστέρειον, Ἀκροαθέον, Act. 25. 23, ubi Syrus ex- preſſe حُدُوْن, Δικαίωσις & Arabs حُدُوْن, domus iudicii ; Confēſſus iudicii, diuinaſterium, curia ſcilicet ſumma & ἐξέχως ſic dicta, Collegium A. Senatus ſupremus ; magnus Senatus, das höchſte Gericht,

Gericht, Rath, und Rath-Haus, Mt. 5. 22. Act. 6. 15. XXII.
30. XXIII. 6. Mt. 10. 17. &c. Goodw. Mos. & Aar. I. 5. c. 4. p. 781-

§. 7. *Origo Confessus illius forensis ecclesiastici* mere est di-
uina, ab ultima antiquitatis memoria, nimirum primi Israe-
litarum ducis, qui Moses erat, aetate ducenda. Benedictus
Pererius apud Carpzou. prorsus dubitat; an unquam fuerit
in Hebr. Republ. tale concilium, quem idcirco castigauit
Menochius. *Conring. de Rep. Hebr.* §. 37. sqq. & *Frischm.*
apud Carpz. ad Schickard. de Iur. Reg. Hebr. c. i. theor. 2. not.
z. statite Tabernaculo & primo Templo, non fuisse, sed o-
riginem deum post redditum e Babylone sumfisse, statuit.
Aliis, Senatores similem in modum iam in Ægypto sub ty-
rannide Pharaonis institutos, perfausum est, quoniam *Exod.*
§. 14. &c. III. 16. iniceretur mentio Seniorum lateritiis ope-
ribus praefectorum, unde *Jonathan*: סבו עמא וטרכי
במצרים, Presbyteri populi & praefecti eius in Ægypto;
אתם שאחרת מכיר שנתנו עליהם Et *Sal. Iarchius*:
שוטרים בערי פרד והוו מחים עליהם
ומוכיס על דרכן שנ ומכ שוטרי בנו וישראל
עתה נתנו בגרותון כורר שנטעו כזרחן
noſti tu praefectos illis fulſe in Ægypto, opere illo adeo fae-
uiter illis iniuncto, & eorum miserebantur, eorumque cauſa
uapulabant, iuxta id, quod dictum est: Et uapulabant
praefecti filiorum Israel. Tunc scilicet constituti sunt in
dignitate ſua, utpote qui ſic miseriis populi ita ſuccurrerent;
Et ad cit. *Exod. loc. idem* statuit R. Bechai in *Biur* fol. 171. col. 2.
Vid. *Selden. l. c. p. 589.* Horum caſtra fecutus *Corn. Beriram* de
Rep. Iud. c. 5. p. 50. quando scribit, Presbyteratum illam
Num. ii. non tam institutum, quam continuatum fuiffe, ſicut
& alia quam plurima apud Patres uifata Deum ad montem
Sinai potius conſirmasse, quam innouaffe. Opinionem pro-
bare poſſe ex animarum numero in Ægyptum descenden-
tium septuagenario arbitratitur, uti, praeter *Textum He-
braicum*, legunt *Samaritanus*, *Chaldaeus*, *Syrus*, *Arabs*, alii,
quanquam ſoli *LXX*, *Senes* e ueteribus uertunt; πόντος ηλι

ἰθδομήκοντα, & Act. 7. 14. exprefse extat; ἐν ιθδομήκοντας πέντε ψυχάς, in animabus septuaginta quinque. Vid. D. Calou. Crit. S. de Vers. Graeca, §. 16. p. 511. Ab hoc itaque numero septuagenario septuaginta ducunt familias, quae singulae unum qualicunque modo suis praefectum genuissent. Atque inde, iuxta familiarum numerum, enatam LXX. Seniorum congregationem, s. Collegium septuaginta unius virale, coniiciunt. Sed enim sic argumentari illos non oportebat. Alia iurisdictio erat Synedrii, iurisdictio rursus alia, uel officium aliud praefectorum in Aegypto, quos שׁ in Aegypto lictores baculorum, flagellorum Magistros, fuisse, scimus. Numerum illum tot in familias abiisse, totidemque familiis tot capita praeftuisse, commentum & fabula. Vnde uellet id defendere dissentiens? Seniores ab ultimis inde mundi annis extitisse, nemo inficias ibit; Ast iisdem praefectis iuribus, eodem Assessorum numero, iisdem, addo, ritibus, quibus Synedrium postea M. praecelluit, usos illos fuisse. Antiquitatum diuinarum periti rectissime negant. Quae cum ita sint, Synedrii primordia ab iusu diuino Num. 11. ad populum per Mosem facta, accersenda putamus. Sic enim Deus, congrega, inquit, mihi LXX, viros e Senioribus Israel, quos tu nosti, illi quod sint Seniores huius populi & Magistri eius, & duces eos ad Tabernaculum testimonii, faciesque ibi stare tecum &c. Ut uoculae י, MIHI, magnum inest robur, quippe qua, personas publicis praeficiendas munis non hominibus, sed ipsi Deo constitui, propterea que in electione maxima circumspectione opus esse, insinuatur: Ita de diuina Synedrii origine testatur expressum Dei mandatum, executio per Mosen ad summi Legislatoris uoluntatem facta, diuina per ascensum approbatio, Spiritus S. superuentio, effectus denique, donum nempe prophetiae, quibus actibus publicis solemniter constituebatur, et diuinissima pompa inauguraratur. Perpetuo, an saltim illo die Seniores prophetarint, interpretes inter se non conueniunt. Chaldaeus, s. Targum Onkel, habet פְּסָמֵד וְלִזְמַרְנָה, nec cessarunt. Vulgatus:

Vulgatus: Nec ultra cessauerunt. *D. Luther*. Weissagten sie, und hörten nicht auf. In fontibus extat: יְסֹפוּ אֶלָּא, nec adiecerunt, scil. prophetando, hoc est, postea non propheta-runt, sed desierunt, quos καὶ πόδα plerique interpretum sequuntur. Ita *Graecus*; Καὶ οὐ εἴη προστέθει, nec ultra adiecerunt; *Talmudici* פְּסָקָו, cesserunt. Vid. *Gem. Babyl. Tit. Sanhedrin*. c. 1. f. 7. 1. *Samaritanus*: עֲמַדְתִּים אֶלָּא, & non addiderunt. *Iun. Tremell.* Ut tum prophetarent, & non amplius. *Consonant Galli*: Mais ils ne continuèrent pas, Iudei Mauritanenses apud Selenum עֲמַדְתִּים, & non adiecerunt, uti & *MSt.* penes ipsum *Pentateuchi uerbio uetus*: עֲמַדְתִּים, non apposuerunt, prophetiam nempe aliam. *Sal. Iarch.* non prophetarunt, nisi illo tantum die, אֵלֶּה אַוְתָּרוּ לְאַנְתָּנוּ, *Syrus*, *Verbio Arabica Saadiae Gaon*, Persa, alii. Sic *Iudei Germanicenses*: [אָבָרְ] רָעֵר נָאָר, & *Sepher Siphri* f. 13. col. 4. satis bene: Prophetaabant pro tempore tantum. Consentient *Pesiktha Zotta*, fol. 45. col. 4. *Kimch.* apud *Munster*. ad *Num. ii.* ac *Hebrei* tantum non omnes apud *Schindler*. *Lex. Pent. ad uoc.* עֲמַדְתִּים, p. 773. Res ita se habet. Nam 1.) יְסֹפוּ, quando construitur cum Infinitiuo, aut Gerundio, siue explicite ac expresse, siue implicite & virtualiter tali, significat *pergere, iterum, rursus, magis magisque, ultra*, non, ac si Verbum abiaret in Aduerbiū, sed quia Verbum, qua formam Grammaticam uerbaliter, φύσει ἡ φύσει, positum, aduerbialiter, χείρσι, quoad sensum, ut *Buxtorffius* adnotat, commode explicari potest. Saepe autem alterum Verbum, Infinitiuus, aut Gerundium, κατ' ἐλεύθην, reticetur, quod, quando aliam in linguam transfertur, supplendum. Vid. 1. *Sam. 15. 35. Iud. 13. 21.* 2.) In ipsa inauguratione, plantatione & prima institutione prophetia & SPIRITU opus habebant, non itidem in iam instituti regiminis continuatione, & administratione. Sicut enim Deo in plantanda Ecclesia sanctissimo placuit, extraordinaria & immediata reuelatione uti, cum miraculorum dono coniuncta: Ita, in prima quoque Confessus inauguratione immediate ac extraordinarie benignitatem diui-

nam homines experiri uoluit, ut uiros illos hoc ipso publicam in auctoritatem constitueret, & eorum electionem sibimet ipsi (1) factam solemini pompa confirmaret. Quemadmodum autem, cum iam haberent Mosem & Prophetas, ut Abrahamus ad diuitem ait, hoc est, *λας γενθας*, canone completo, in plantata Ecclesia, immediata reuelatio & miraculorum dona cessabant: Ita perinde desinebat prophetia LXX. uiorum, confirmato, constitutoque satis bene Synedrio. Quippe Spiritu propheticō tantum indigebant in solemiter facta inauguratione ac confirmatione, non autem in administratione. Res enim forenses absque Spiritu propheticō ad legum diuinitatis praescriptarum normam diiudicari optime poterant. Vid. Buxi. Lex. Talm. l. c. Leusden. Phil. Hebr. mixt. Diff. 46. Schickard. de Iur. Reg. Hebr. c. 1. theor. 2. Grot. de Iur. Pac. & Bel. l. 1. c. 3. num. 20. §. 3. Selden. de Synedr. l. 2. c. 4. p. 564. alii. Distinguendum uero est inter rem ipsam, s. Obiectum in se spectatum, ac inter rei uarias pro uarietate temporum adiectas circumstantias & mutationes. Rem, hoc est, Obiectum, Synedrium simpliciter & ratione sui consideratum, Num. ii. originem cepisse, simulque ad perfectionem plenariam peruenisse, constanter affirmandum, omnes uero minutissimas quoque circumstantias eodem in prima statim dispositione modo affuisse, negandum, & pernegandum putamus. Tempore Mosis, *ετιοδος*, essentialiter, quando spectatur, tam absolutum & perfectum erat, quam Synedrium illud, quod, florente Rep. Iudaica, uigebat, non itidem relativa & accidentaliter, quoad has, illasue peculiares circumstantias extraessentiales & accidentales, quales successu temporis, praesertim in Canaan, accreuerunt, & insigniter quandoque mutarunt. Hoc propter illos monendum erat, qui cum Lundio, Num. ii. non nisi fundamenta esse iacta, in Canaan autem plenarie ad perfectionem peruenisse, statuunt. Nobiscum sentiunt Rabbini ad unum ferme omnes. Vid. Selden. de Syn. l. 2. c. 4. §. 2. p. 562. Cunaeus de R. H. c. 12. p. 93. Sigon. de R. H. l. 6. c. 7. p. 310. Menoch. de R. H.

I. i. c. 6. q. 5. f. 39. Carpzou. ad Schickard. de I. R. H. c. 1. theor.
2. not. 3. p. 9.

§. 8. De Tempore, uidelicet primae institutionis die ac anno, nihil habeo, quod addam. Vid. Selden. l. c. p. 630. Locus primae institutionis erat in deserto Pharan Tabera, Num. 11. 3. Graece ἐνταγμός, incensio, eo quod בערָה, incensus, illic est contra eos ignis Domini. Postea dicebatur Kibroth Hattaaua uers. 4. Graece ανίκατα τῆς ἐπιθυμίας, Lust-Gräber, cum sepelierint ibi אֶת חַעַם הַמְתַאֲיוֹן, populum illum concupiscentia ciborum Aegyptiorum flagrarem, Num. 33. 16. Evidem Hebraei, miru dictum, per concupiscentiam carnis non desiderium esus, sed illicitum incestus coitum, s. propinquarum carnis suae appetitionem intelligunt. Vnde Glossa Talmudica: *Eo, quod interdictae sunt illis propinquae;* Ac in Paraphr. Vziel. וְשִׁבְעַ שָׁחָה יְהֵי רְמָהָרְן לְחוֹן; *Audiuit Moses populum flentem ob propinquas sibi interdictas.* Sed enim, ut a litera temere non est recedendum, ita circumstantiae hic textus priori sententiae patrocinantur, eamque in omnes partes defendunt. *Locus confessionis ante constructum Templum* erat ille, ubi Tabernaculum figebatur, לפני פָתָח אַהֲל מַעַד לְפָנֵי Tabernaculi, pro Tabernaculi migratione, modo hic, modo illic, Siloh, Misrah, Gilgal, Nob, Gibeon, in domo Obed-Edon, postremum Hierosolymis. Vbi in urbe sancta, stante Templo Salomonis, confessum σύνεδροι haberint, admodum incertum est. Magistri, cameram LXX. Iudicum, לשכת חגיota dictam, in Templo iam primo extrectam, extitisse, ad Deut. 17. 10. contendunt. Vid. Hal. Sanhedr. c. 14. & Selenus, qui suam subnectit σταύρωσιν: *Et forsan sic cognominatus est tam sub primo, quam secundo Templo Synedriū locus;* multaque, praeter illam, specialiores circumstantias immiscet, quae Rabbinicae, id est, sublestae sunt fidei, aut certe, si fides illis habenda, recentioris aetatis. Post excidium primi Templi, Iudeis captiuis in Babyloniam abductis, omnibusque ab rege Chaldaeorum principibus,

cepibus, per quos Magistri Primates, Assessoresque Synedrii intelligunt, occisis, Ier. 39. 6. Hebraeos in Babylonia Synedrium erexisse, populumque, more forensi, ad leges diuinias, gubernasse, Talmudici opinantur, quanquam Senatus ille ab Synedrii Hierosolym. flore & excellentia quam longissime absuerit. Vid. Gem. Sanhedr. c. 1. s. r. Dieter. Antiq. Bibl. ad Gen. 49. 10. & Lund. Jüd. Heil. l. 3. c. 17. p. 477. Post redditum Arthesasta, Persarum rex, Esrae atque ceteris, ut Synedrium illud de nouo extruerent, restaurarent & in pristinam dignitatem restituerent, concessit. In Templo secundo Zorobabelis & Herodis locus confessionis erat ille, quem vocant לשכת הגוּתָה, conclave saxeum. Mischna, Tit. Sanh. c. 10. Babyl. f. 86. 2. אחר רינן הו שׁ ישך יושב על פתח הער בלבכְּתַהֲנִירָה וְאֶחָד יוֹשֵׁב בְּלִשְׂכָרְתַהֲגּוּתָה: Synedria tria ibi fuerunt; Vnum collocatum ad introitum montis Templi, unum ad introitum Atrii & unum in Lischcath Hagazith. Maim. Hal. Sanh. c. 14. Confidebat Synedrium M. בית רין של טבעם בלבכְּתַהֲנִירָה; In conclavi caesi lapidis, quod erat in Atrio Israelis. Gem. Babyl. fol. 88. שׁעַדְגָּו Talmudicis & Hieronymo idcirco adpellantur, Synedrium Septuagintanius-uirale confidebat in conclavi saxe. Vid. L'Emper. ad Mass. Midd. c. 5. s. 3. p. 183. שׁעַדְגָּו Talmudicis & Hieronymo idcirco adpellantur, Sapientes Gazith, & totum Collegium Consistorium Gazith, Consistorium de Gavzith. Vid. Iac. Iud. Leo de Templo Hierof. l. 2. n. 128. Joseph. de B. I. l. 6. c. 14. Ezech. 40. & 42. Nomen illud optime interpretantur Conclave saxis quadratario opere politis, seu dolatis, insigne. Sic i. Reg 5. 17. mentio fit אַכְּבָנִי גִּזְוָת, lapidum dolatorum, Amos 5. 11. בְּתֵי גִּזְוָת, domorum quadro lapide constructarum, i. Reg. 7. 11. mensurae in dolandis saxis exhibitae. Nam Orientales ad extruenda pavimenta quadris subinde lapidibus utebantur, in superioribus aedium partibus, quod non ad ornatum modo facerent, sed in calidioribus illis etiam regionibus refrigerium aliquod pedibus

pedibus praestarent. Iudeis ab Romano domitis, Gabinius Syiae praeses, ad eorum robur coercendum, Hierosolymitanus quatuor adhuc alia adiungit Synedria, nimurum Gadaræ, Amathunti, Iericho, Saphoræ, atque omnem Iudeam in quinque prouincias partitur, unicuique earum Synedrio ac principe concessis. Vid. *Ioseph. Antiq. Iud. l. 14. c. 10. l. 1. de B. I. c. 6. Cinaeus de Rep. Hebr. l. 1. c. 13.* qui his quatuor Synedriis eadem iura, prærogatiwas easdem, eandem dignitatem, reliqua, quae Synedrio M. propria fuerunt Hierosolymis, adscribit. Ast sentimus cum *Grotio*, *Lundio*, aliis, illa sub huius potestate fuisse, existimantibus, atque Hierosolymitanos palmam relinquenteribus. Ad hanc Synedriorum multitudinem respici a Christo, *Mt. 10. 17.* praeter *Grotium* contendunt *Scult. l. 2. Ex. Euang. c. 58.* & *Sigon. de Rep. Hebr. l. 6. c. 7.* nisi forsan tutius existimare uelis, inferiora illic Synedria uiginti trium virorum, & infima simul trium Iudicium subintelligi.

§. 9. *Hierosolymis* consedit in otio, atque inhaesit perpetuo. Lishkat Hagazith, camerae, s. *conclavi saxeo*, ad primum usque Ministerii Christi Eccles. annum, quo magnus ille Doctor & *πρόποδας*, nouus legislator, postquam DEVS πολυερωτικός καὶ πολυτέλεως locutus fuerat Patribus per Prophetas, extremis tandem diebus, uoluntatem coelestis sui Patris reuelare, ingressus est. Tum enim iam errare Synedrium & migrare coepit. Migrationem hanc dum cogito, non possum, quin unum, alterumue lectu maxime dignum & iucundum inferam. Memorabilia sunt prodigia, quae recententur a Talmudistis quadraginta annis occurrentia ante excidium Templi, qui calculus accurate in dies Ministerii & Mortis salutiferae Christi incidit. *Hieros. Ioma* fol. 43. 3. TRADITIO. *Quadraginta annis ante uastatum Templum Lucerna occidentalis*, (media scilicet in candelabro sacro,) extincta est. Et lingula coccinea (cornibus hirci emissarii, uel foribus Templi affixa) in rubidine sua permanens. Et sors Domini (pro hirco offerendo die Expiationis) pro-

dunt a sinistra. Atque ostia Templi, obserata uesperi, inuentum sunt aperta mane. Dixit ergo Rabban Iochanan Ben Zaccai: O Templum, quare nos perturbas? fatum tuum nolumus, te nempe esse excidendum. Nam dicitur: Aperi, o Lebanon, portas tuas, ut exedat flamma cedrostuas. Idem Sanhedrin fol. 24. 2. Quadraginta annis ante uastatum Templum migravit Synedrium & consedit in tabernis, Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth. 26. 3. p. 369. & 371. Vid. Gem. Babyl. Tit. Sanhedr. c. 5. fol. 41. a. & ad Tit. Sabb. c. 1. fol. 51. 1. **אָרְבָּעִים** שנה קורט חורבן הבית לה בחַנִּוֹת גָּלוּתָה סנהדרין ושבה לה בחַנִּוֹת. Quadraginta annis, antequam Templum excisum est, migravit Synedrium & sedes sibi posuit in tabernis. Consonant Moses Cotzensis, Kimchius, alii. E Christianis audiamus D. Pfeiffer. in Antiq. Hebr. p. 103. Quadraginta uero annis ante excidium Templi, circa ea tempora, quibus Saluator in Palaestina docuit, migravit Synedrium ex hoc aedificio, (scilicet **לְשֵׁכַת הַגּוֹן**) & consedit in tabernis, quae erant in monte Templi, paulo longius tamen a Templo. Vid. Cocceius ad Sanh. 9. p. 297. Sigon. de Rep. Hebr. l. 6. Bynaeus in Antiq. Passion. p. 107. Selden. de Syn. V.H. l. 2. c. 15. p. 958.

§. 10. Per **מֶרְקָז**, legislatorem, ipsi Talmudici intelligunt Synedrium M. dum locum, Gen. 49. 10. **וּמֶרְקָז** מִבֵּין רְגִלֵּינוּ **שְׂלָה** כְּרִיבָא שְׂלָה, D. Luth. Noch ein Meister von seinen Füssen, bis daß der Held komme, interpretantur de traditione illa uerustissima, secundum quam, diebus Messiae, Synedrium elo-
co confessus ordinario sit emigraturum, & per uaria terrae loca erraturum. Saltem hoc memorabile profecto & ad illustrandum locum Gen. 49. 10. oppido proficuum adhuc obseruatur, in medio conclusis Gazith sceptrum pependisse, quod t.t. sublatum est. Vid. Cunaeus de Rep. Hebr. c. 9. p. 76. *L'Empereur*

not.

not. ult. ad. Middoth c. 3. f. 1. Dieter. Antiq. Bibl. ad Gen. 49.
 10. Galatin. de Arcan. Cathol. Verit. l. 4. c. 5. Alting. Schilo
 l. 1. c. 17. & l. 4. c. 3. & 26. Lund. Jüd. Heilighth. l. 3. c. 17.
 p. 478. Si uerum illud, quod referunt Magistri de Lucerna
 in candelabro sacro media extincta, quam, typum Messiae
 futuri esse, uolebant, procul dubio extinctione illa signifi-
 catum est, *magnum Lumen*, Es. 9. *Luc. i. Lumen de Lumine*,
 filium Dei unigenitum iam apparuisse, & in carne illuxisse,
 quod, ne alienam in messem transcendam, Theologis expli-
 candum relinquo. Id praeſertim, reliqua ut taceamus, ce-
 dro dignissimum, migrationem Synedrii fatalem circa ea
 tempora, quibus Seruator in Palaestina docuit, coepisse, &
 sceptrum de Iuda tum ablatum fuisse, quod confirmat ua-
 ticiunum Gen. 49. historia sacra, Ecclesiae testimonium,
 uentus ipfe, iisimo consensu hostium Christi, Iudeorum,
 ut antea laudatis ex scriptoribus innotesceret. Iam in mi-
 grationis illius inquirere causas, non leuis momenti res est.
 Iudeos ui & iniuria Romanorum depulſos, ab aliquibus fru-
 stra affirmitur. Hebraei apud Maim. Hal. Sanh. c. 14. s. 12. scri-
 bunt: *Ob homicidarum frequentiam, ob temporisque iniquita-
 tem, migrabat a loco ad locum.* Sedeniuero Christiani
 Scripturas, posthabitis traditionibus, fecuti, in causas, ob
 quas Reipublicae tam ingens contigerit mutatio, intimius
 penetrant. Factum est itaque hoc, ut adimplerentur Scri-
 pturae, omniaque, qua circumstantias quoque, quae alias
 poterant pro leuidensibus haberi, uaticiniis responderent
 exacte, ut intelligerent omnes atque singuli, typos, poli-
 tiam, uniuersum Leuitarum cultum cum toto regno cedere
 oportuisse, cum uenerit iam ὁ ἵερος Rex Sion, Sacerdos
 ἀναδέητος, Sanctum Sanctorum semel intraturus, ut ae-
 ternam redemptionem adiuueniret, unicus καθηγητής & Rab-
 bi, Doctor, Propheta, qui, ὁ Αὐτὸς ἡ οὐλήθεια, in mun-
 dum uenerit, ut de ueritate testaretur. De cetero migra-
 tionis loca in Gem. Babyl. ad Tit. Rosh. haschanach c. 4. fol.
 31. l. sic recensentur: *E Lischkath Hagazith in Tabernas, e
 Taber-*

Tabernis in Hierusalem, (ubi per quadraginta annos, usque ad urbis excidium, uaria loca Hierosolymis peragrauit,) e *Hierusalem in Iabnen*, a *Iabne ad Osham*, ab *Osha in Sepharium*, a *Sepharium in Bethsairin*, inde in *Zepphorin*, & *Zephori in Tiberiadē*, quae fuit postrema & nouissima migratione, amplius non extitit. Dixerit fortasse Iudeus, aliquot si seculis post mortem Christi superfuit Synedrium, non desit esse circa dies, quibus Seruator Ministerium Ecclesiasticum est ingressus. Sed in promptu est responsio. Vtique cessauit uoluntate Dei, licet Iudei frustra, illud innouare & restituere, intenderint. Haec Synedria innouata uix umbram conselus alicuius forensis habuerunt, nedum, ad excellentiam Hierosolymitani accessisse, dicamus. Rudera potius & *uiniuata* nominaueris, sepulchra, reliquias per tempus saltim cum cultus Leuitici uestigis durantes. Tandem abierunt in nihilum. Intentio humana ab dispositione diuina probe discernenda est. Homo, Iudeus, proposuit tempus erectionis regni Iudaici anxie sperans, sed Deus disposuit, disposuit autem ita, ut Iudei in omnes mundi partes dilapsi, spe sua frustrati, cum intentio humana uoluntati diuinae contrariaretur, effectum prorsus nullum uiderint. Erigeretur ad Calendas Graecas. Vid. *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth. 26. 3. Cocceius ad Gem. Sanbedrin. c. 1. s. 13. not. ultim. & not. 28. ad Maccoth. c. 1. s. 10. Wagenseil. not. 1. ad Mischna Sota. c. 9. s. 11. & plures alii.*

s. ii. Subiectum s. personae, e quibus olim constituit, fuerunt Viri ciuiles, s. politici, & ecclesiastici, cum primis SACERDOTES & LEVITAE, Deut. 21.5. XVII. 9. Maim. apud *Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth. 26. 3. & ad Luc. 20. 1. Selden. de Success. in Bona Defunct. c. 24. p. 83. & Casaubon.* Sacerdotes & Leuitas ordinarie, extraordinarie alias illud in Collegium receptos, existimat. *Abarbanel apud Aling. Schilo l. 2. 18.* rationes non contemnendas adducit, ob quas ex Ordine praesertim Sacerdotali Assessores fuissent constituti. i.) *otium*, inquit, & occasio Sacerdotibus in lege & iuribus *Hebraeo-*

Hebraeorum proficiendi non defuit. 2.) Scrutinium legis Sacerdotibus & Leuitis unicum ab infantia fuit studium. 3.) Ex benedictione diuina prorsus singulari tribus Levi extraordinariis plerumque memoriae, ingenii, iudicij viribus & admirandis dotibus excelluit. 4.) Ministri Dei, Sacerdotes Altissimi, alios scientia, timore in Deum, animi integritate, auctoritate apud populum, virtutibus, quae maximo iudicibus ornamento sunt, superarunt. Vid. Cinaeum de Rep. Hebr. l. 2. c. 9. & Lund. Iud. Heiligh. l. c. p. 460. Conf. Matth. 27. 1. 12. 20. 41. Luc. 22. 66. XXIV. 20. In primis ἀρχιεπίσκοποι, principes Sacerdotum, qui ordinibus Sacerdotum & Leuitarum praeyerant, praecipua Synedrii membra & Aesseores fuerunt. Vid. L' Empereur ad Beriram. de Rep. Iud. p. 328. not. p. 423. sqq. Prophetas in Synedrium collocat Schickardus de Iur. Reg. Hebr. c. 1. theor. 2. utpote Mosen, Iosuam, Samuelem, Achiam, Eliam, Elisam, Amosum, Hoseam, Esaiam, Micham, Ioëlem, Nahum. At de singulis, licet, quosdam eorum interfuisse sacro illi confessui, largiamur, illud non constat. Bynaeus in Antiq. Passional. Edit. Germ. c. 2. p. 87. initio e senioribus tantum populi, ceu personis ciuilibus & politicis, promiscue ex omnibus Israëlis tribubus electis, ductu loci Exod. 18. 21. constitisse, postmodum, urgente id necessitatis lege, Leuitas & Sacerdotes admisisos esse, iuxta z. Chron. 19. 8. 9. 10. statuit, quam opinionem illi sequuntur, qui aduersus Iura Ecclesiastica & Confistoria nostra, Antiquitatum non satis periti, constanter eunt, dum personas ecclesiasticas uel ideo e Confistoriis depellendas, & omni iuriis administratione priuandas esse, contra omnem ueritatem asserunt, quod Deus initio tantum in Republica Iurisdictionem & politicam & ecclesiasticam Politicis, hominibusque iura profitentibus crediderit; Quod Sacerdotes uel ex arrogancia seipso de facto, nemine uocante, regimini immiscuissent, aut obtrudissent, uel quod fola hominum auctoritate, ob aliarum personarum defecum, fuissent constituti. Aduersus hos igitur, inde a prima eius institutione Sacerdotes praecipua Synedrii

C

membra

membra fuisse, ex historia antiqua euincendum est. 1.) Ie-
thronis confilio parum lucrabitur dissentiens. Vnde e-
nim, Exod. 18. 21. tribum Leuiticam excludi, probare pos-
sit. Tribus Leui procul dubio perinde habuit ac reliquae
אנשׁ-חוּת וְרָאֵי אֶלְחִיט אַנְשׁוֹ שְׁנָאֵי בְּצֻעָן
*Viros fortes, timentes Deum, viros ueraces, osores auari-
iae;* Et quia fontes legunt מִכָּל־הָעָם, ex omni populo,
tribum quoq; Leuiticam subintelligi, manifestum est. Male igi-
tur sumunt dissentientes *sensu exclusivo*, dum illud מִכָּל־הָעָם,
ex omni populo, sensu generaliori, sive laxiori, qui significa-
tus e particula uniuersali praemissa מִכָּל־, ex omni, necessario
fluit, uniuersum in se populum complectitur, qui constabat
ex Laicis & Clericis. 2.) Exod. 18. 21. origo Synedrii mini-
me erat quaerenda, quippe cuius incunabula recensentur
Num. XI. 3.) Quod ad ea, quae Iosaphatus ordinavit, at-
tinget, Synedrium ille tantum, quod per temporis iniuriam
communitum erat, reuocauit, in integrum restituit, & in
pristinum statum transposuit. Nam וְזַגְּלִיל, & quoque,
constituit, 2. Chron. 19. 8. sqq. non innuit, ante Iosaphati
tempora Clericos ab Synedrio procul absuisse, aut Iosapha-
tum, ceu rem nouam, planeque inauditam, personas eccle-
siasticas primum intulisse; Verum illud וְזַגְּלִיל respectum ha-
bet ad Synedria Minora, quod συνάφεια Textus perspicue
docet. Initio iudices ordinat per omnes regni ciuitates
uers. 4. & 5. deinceps, וְזַגְּלִיל Hierosolymas reuersus, Syne-
drium M. innouat, quod constituunt Sacerdotes, Le-
uitae, & רְאשֵׁי הַאֲכֹרֶן, principes patrum, seu familia-
rum. Hinc apud Esram, c. 8. 29. & alias frequenter in Scri-
pturis, quando de Synedrio sermo est, Clerici, hoc est, Sa-
cerdotes, Scribae & Leuitae tanquam personae primariae
praeponuntur, reliquis postpositis. 4.) Bynaeus meras in
medium adfert coniecturas, quando scribit: Zu dem grossen
Rath wurden ehemals aus allen Stämmen Glieder erkoren;
durch

durch die Trennung aber, die unter Rehabeam entstanden, waren die 10 Stämme von Juda abgewichen, und hatten ein besonder Reich aufgerichtet, welches das Reich Israel genannt wird. Durch diese Absonderung war auch der grosse Nath zerfallen. Der konte nun unter Josaphat aus keinen andern erwehlet werden, als die unter seinem Reich waren. Nun waren neben dem Stamm Levi unter seinem Reich nur der Stamm Juda und Benjamin. Darum so hat Josaphat, da der grosse Nath zuvor aus den Eltesten Israel erwählet war, genommen Leviten, Priester und die Haupter der väterlichen Haushäfamilien. Welches hinführte so geblieben ist. Nam dissonant Talmudici. Reclamat uniuersa Antiquitas. Status Reipublicae Iudaicae Clericis locum in Synedrio, immo sedem primariam, inde ab ultima gentis origine, relinquit, ut ex rationibus Abarbanelis antea allatis apparebat.

§. 12. Membra Synedrii numero erant LXX. & unum, Princeps nempe Nasi dictus, & Assessores LXX. reliqui. Vnde Septuaginta-unius-nirale Consistorium uulgo nominatur. Misna Babyl. Tit. Sanhedr. c. 1. fol. 2. סנהדרין גROLAH ז. תיריה של שביעים ואחד נו' וסניין לגROLAH שהייא של שביעות ואחד שנאמר אספה לוי שביעים איש מוקני ירושאל ומטבח על גביהם: Synedrium M. constabat ex LXX. uno &c. Atqui undenam numerus ille LXX. unius? ex eo, quod dicitur: Congrega mihi LXX. uiros e Senioribus Israel, & Moses super eos, seu cum eis, coniunctus Praeses. Consentit Misna Hieros. Tit. Sanhedrin. c. 2. §. 6. Maim. Tit. Sanhedr. c. 1. §. 3. Moses Cotzenensis Praec. Affirm. 87. fol. 186. col. 2. & R. Menahen Recanatenensis in Midbar c. II.

קבלו רול כי כל סנהדרין גROLAH הישבה בכוון יי' במקומות אשר יבחר לשכנו כי יהוה מנים שביעים והנשיות על גבן כמשה רבית עה וחנה הם עא: Accepere per traditionem Rabbini nostri piae memoriae, quod omne Synedrium M. confidens in domo Domini in loco, quem ipse ad habitandum elegerit, constare debuerit ex LXX. qui-

bus praeficiendus princeps, quemadmodum Moses Magister noster, super quem sit pax. Atque ita siebant Septuaginta unus. Consonant Talmudistae & Hebraei ferme omnes, Philo apud Seldenum de Synedr. V. H. p. 610. Theodoreetus, Ambrosius, Hilarius, Nazianzenus, Beda, Beza, Bertramus de Polit. Iud. c. 5. Sigonius de Rep. Hebr. l. 6. c. 7. Cunaeus de Rep. Hebr. l. 1. c. 12. Menochius de Rep. Hebr. l. 1. c. 5. q. 6. Schickardus de Iur. Reg. Hebr. c. 1. theorem. 2. &c. alii.

§. 13. Summae huius Curiae Praeses proprio nomine appellatur Nasi, נָשִׂיא, Princeps, ad dignitatem summam eius, aut eleuatus, qua notione radix Hebraea נֶשֶׁר sumitur. Supremus, Dux κατ' ἐξοχὴν, רַאשׁ הַשְׁכָה, Caput, seu Primarius confessus, aut רַאשׁ, caput simpliciter, & cum emphate מִזְבֵּחַ, excelsus, maximus, scilicet summus ab reliquis ratione & dignitatis & excellentiae, qualem significatum radix פָּלָא admittit. Lundio dicitur der Fürtrefflichste. Quis autem, & ex quo ille ordine electus, eruditos inter acris haec tenus rixa fuit. Quidam, Sacerdotem Summum, si iura habuerit bene cognita atque perspecta, per iutorum pluralitatem, illam prouinciam obtinere posuisse, statuunt. Ita sentit Maimonides apud Cunaeum de R. H. l. 1. c. 12. Schickard. de I. R. H. c. 1. theorem. 2. Alting. Schilo lib. 1. c. 18. §. 8. & de Rep. Hebr. Scholast. p. 100. Spannheim. in Dubb. Euang. 139. num. 3. Part. 3. cui assentit hanc dubie Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth. 26. 3. p. 371. 373. & Act. 5. 34. quando tempore Christi & Apostolorum Gamalielum Pauli Praeceptorem Synedrii posuisse praefidem, scribit, ita tamen, ut Sacerdos M. dignitate reliquos omnes anteiuferit, quia ille fuerit מִקְבֵּל, cuspos, pater & traductor traditionum. Vnde Groius ad Matth. 5. 22. ait: Ferme eminebat Pontifex M. Alii, Praefidem, sive Nasi, semper e tribu Iudee, ac in specie post mortem Dauidis & familia Dauidica, posuisse, opinantur, cuius sententiae meminit Dieter. Antiq. Bibl. ad Gen. 49. 10. & Chronologia Iudaica; ac e Menasse Ben Israel & Abarbanelo Conringius, Exercit. de Rep. Hebr. §. 36. & Lundins in Iud. Heiligch. l. 3. c. 13. p. 461, Ac.

401. Accedit opinioni *Drusius*, Praeterit. lib. 5. ad Act. 4. 1.
 cui contradicit solide & erudite *Vorstius*, Dissert. Acad. de
Sceptro non auferendo §. 31. Praesidis dignitatem Pontifici
 maximo perpetuam concedunt *Pontificii*, *Thomas*, *Baronius*,
Bellarminus, reliqui, ut argumentum exinde, ad tuendam Pa-
 pae potestatem summam & stabiliendam iurisdictionem Pon-
 tificis R. licet frustra fumanter. Eandem sententiam, utut non
 eodem fine, amplectuntur plurimi nostratum, & fortiter defen-
 dent contra illos, qui in personas ecclesiasticas, earumque iura
 diuinitus ipsis concessa faeuunt. Mea sententia circa con-
 trouersiam hanc impeditam haec est : 1.) Moses primus Nasi,
 siue Praeses fuit, cui totius populi praefecto Deus omnia
 creditit. 2.) post mortem Mosis Iosua cum succedentibus
 iudicibus princeps quidem populi, qui iura bellandi & po-
 pulum ducendi habebat, non autem princeps Synedrii, siue
 Praeses, penes quem ius controuersias forenses diiudicandi
 & sententias ferendi, fuit. 3.) Viri propheticō Spiritu, at-
 que donis extraordinariis, non vulgaribus, ornati, recipi
 per uotorum pluralitatem poterant ante Dauidis tempora,
 licet non essent ex ordine sacerdotali, sed id saltim factum
 est extraordinarie, non quotidie. Aut uiri eiusmodi Spi-
 ritu propheticō excellentes, IN ORDINEM SACERDO-
 TALEM ipsa Dei uoluntate constituti, deinceps sine exce-
 ptione in Synedrio fidem occupare poterant. Ordinarie
 dignitas illa Sacerdoti Summo semper fuit quasi propria &
 post tempora Dauidis ne extraordinarie quidem alii conti-
 git, praeter Pontificem. Huius sententiae rationes hae sunt:
 1.) Nihil Hebrei agebant inde ab ultima populi aetate sine
 Sacerdotis S. consilio ac dispositione. Vid. Num. 1. 17. IV. 2.
 & 34. XXVI. 63. & uers. 18. XXXI. 12. 13. 26. 54. XXXII. 2.
 & 28. Ios. 17. 4. 2.) Post mortem Mosis Sacerdos M. pri-
 ceps Synedrii procul dubio fuit. Cum Iosuae iuramentum,
 quod legati meretrici Rachab iurauerant, annunciatetur, de-
 ferebat Iosua rem ad Summum Sacerdotem & Synedrium.
 Vid. Ioseph. lib. 5. antiqu. c. 1. Cum Iosua Gibeonitas in fidem
 susci-

fusco pereret, re ad Synedrium delata, iurabat Pontifex & Synedrium. Immo, comperta Gibeonitarum, qui subdole egerant, fraudulentia, conuocabat Eleazarum καὶ ἀλον συνέδριον. Vid. Num. 34. 17. Ios. 14. 1. XIX. 51. XXI. 1. XVII. 4. sqq. Ioseph. Antiq. lib. 5. c. 1. 3.) In terra Canaan controversias Hebraei grauissimas ad Pontificem & Sacerdotes deferunt. Iosephus lib. 4. Antiq. c. 8. quando mandatum diuinum de Synedrii ordinatione Deut. 18. explicat, diserte ait, *lites principales ad Sacerdotem summum, Prophetas*, (per quos haud dubie intelligit Sacerdotes,) & *Seniores populi* deferendas esse, ut, congregatis, litem componerent. Idem statuit Philo de Creat. Princip. p. 562. 4.) Crescentibus postea hominum uitiis, & republica paululum ad occasum uergente, iudices diuinitus constituebantur, ut, deficientibus ordinariis Synedris, res forenses tractarent, aut, si eodem illo tempore Synedrium aliquod extiterit, bella contra Israëlitarum hostes strenue gererent. Vnde Eli 1. Sam. 4. 18. Israel iudicauit XL. annos, XX. annos, superftite Samsonem iudice extraordinario, aut ad gerenda bella Domini constituto, regiumque munus ad interim gerente, & iterum XX. annos post mortem Samsonis. Vid. Lund. Jūd. Heiligth. I. 3. c. 13. p. 463. 5.) Aetate Dauidis talem fuisse reipublicae statum, Hebraeorum Sapientes plurimi existimant, quando Ps. 122. 3. 4. 5. cum Osandro, Iunio, Musculo, aliis per sedilia ad iudicium Synedrii M. confessum & per thronos Dauidis regimen regium, confessum regium, die Röntigliche Regierung, intelligunt, quemadmodum in Anglia etiam nunc talis reipublicae status adinuenitur. 6.) In restaurazione Synedrii, 2. Chron. 19. 8. sqq. erat Pontifex M. Amaria caput Synedrii, & Sabadia uel pater Synedrii, ut nonnulli suspicantur, uel princeps, cui iura regia concedita fuerunt. 7.) Post redditum ex captiuitate summa auctoritas, iurisdictio, & dignitas maxima penes Pontificem M. fuit, Efr. 3. 2. V. 2. Cum Ptolomeo Philadelpho, regi Ægyptorum, Codicem Hebreum Graece uerti, in animo esset, literas dabat ad S. Sacerdotem, legatis ad illum cum pretiosis muneribus missis.

Ele-



Eleazarus, conuocato populo, literisque regiis praeletis, humanissimas literas remisit. Vid. *Ioseph. lib. 12. Antiq. c. 2.* Plura eiusmodi exempla enarrat *Ioseph. lib. 11. Antiq. c. 4. & c. 8. lib. 12. c. 4. & 5. 1. Maccab. 12. 20. sqq.* quae singula de excellentia & principatu Pontif. testantur. 8.) N. T. tempore Pontifex Caput erat Synedrii, quod ex Euangelistis manifesto constat. Conuocat Synedrium, colligit uota, priuatum dat uotum. Examen instituit, fax est & tuba omnium eorum, quae contra Christum & Apostolos decernuntur. Surgit sedens & ait: Nihil respondes? quid isti aduersum te testimonium dicunt, *Math. 26. 62. sqq.* Vid. *Math. 26. 3. & 57. Ioh. 18. 19. Act. 5. 21. 27. sqq. Act. 7. 1. Act. 23. 2. 5. Act. 9. 1. 2.* His omnibus probe perspectis, Pontificem M. caput fuisse Synedrii, ita planum est, opinor, ut uix dubium aliquod subnasci amplius possit.

§. 14. *Primus & primarius Aſſessor dicitur Talmudicis אב בית דין*, pater domus iudicii, hoc est, Synedrii, qualem etiam nunc Germani dicunt Gerichts-Vater. Erat ex mente Magistrorum senex, siue Presbyter, non aetate, sed dignitate & rerum multarum notitia, excellentissimus post Praesidem, sedebat a dextra Nasi, & ius in primis regium illi concredidit erat. *Tertius* ordine, uel *secundus Aſſessor*, de quo apud plerosque altum est silentium, חכם sapiens, οὐφαλμῶς adpellatur & κατ' ἔξοχὸν, qui sedebat ad sinistram. Meminit huius *Cocceius in Not. ad Sanhedr. c. 4. p. 37. 39. Saubert. Exercit. ad Luc. XVI. 22. §. 25. Lundius l. c. p. 461.* Reliqui Aſſessores ordine suo confidebant in dimidiata area ומושבין הדרוי טבשכין circulari *Maimonides l. c.* משנה לראש וושב מימינו וחוזה הנקרא אב בית דין וגנו' והם יושבנ בכתו חזי גרון בעיגול כרי שיחות הנשאה עט אב בית דין רואין כולן: *Conſtituebant etiam uirum in LXX. reliquis eminentiorem, Capiti secundum, cuius sedes erat a dextera illius. Is uocabatur pater Synedrii. Sedebant autem ueluti in dimidiata area circulari, ita, ut Princeps & Pater Synedrii singulos possent*

con-

contueri. Gemara Hieros. ad Tit. Sanhedr. c. i. fol. 19. col. 3.
 סנהדרין הוה כחן גורן עגולת וונשיין חון
 יושב באנטיא כרי שוויה ראיו אותו ושמען קול:
*Synedrium erat in star semicirculi & Princeps sedebat in me-
 dio, ut ita possent eum aspicere & vocem eius audire. Idem habet*
Gemara Babylon. fol. 36. 2. & Misna l. c. quae addit: סופר
 הריניין עופרין לפניהם אחד טמן ואחד משפטן
 וכותבין וברוי המוכין וברוי המהיבין:
*Et duo iudicum
 scribae adstabant coram eis, a dextris alter, alter a sinistris,
 qui scribebant uerba absoluientium & uerba condemnantium.
 Absoluti stabant a dextra, a sinistra condemanati, ab quo
 ritu Christum uerba deprompsisse, aliqui credunt, quae ha-
 bentur, Matth. 25. 33. 34. Et statuet oves a dextris suis,
 hoedos autem a sinistris. Tunc dixit rex his, qui a
 dextris sibi erunt &c. uers. 41. Tunc dicit & his, qui
 a sinistris &c. Vid. Schickard. Iur. Reg. Hebr. c. i. theor. 2.
*R. Iuda Leo de Templo lib. 2. c. 18. §. 128. Goodwinus Mos. &
 Aar. lib. 5. c. 3. Saubert. Exercit. ad Luc. 16. 22. §. 25. 26. &
 Lundius in Iud. Heilighth. l. 3. c. 14. p. 466. Sed utrum ante
 Messiae aduentum & diebus illis, quibus Christus in terris
 obambulauit, praecise ordo ille obseruatus fuerit, dubium
 est. Illa, quae Talmudici referunt, recentioris omnino ae-
 tatis esse uidentur.**

§. 15. Ordo nos dicit ad Electionem, solemnemque
 Inaugurationem. Talmudici Synedros per sortem, aut
 schedulas, electos dicunt. *Gem. Babyl. tit. Sanh. c. i. f. 17. 2.*
 בשערה שאמיר לו הקורש ברוך הוּא למשה אספן
 לי שביעית איש מזוקני ישראל אמר משה שורה כינז
 עשרה אברור שורה מכל שבת ושבת נמצאו שבעה
 יהודים אברור חמשה מכל שבת ושבת נמצאו
 עשרה הסורים אברור שורה מכל שבת זה וחמשה
 משבת זה הרינו מטייל קנהה בין השכטים מה עשת
 בירר שהה שש והכיא שביעית ושביעת פירקון על
 שביעית כתוב זקן ושביעת חלק בירן ונתקן בקלמי
 אמר

אמר להם בואו ותלנו ותקיכס כל מי שעלה בינו :
 חלק אמר המקום לא חפץ בר אני מה עשה לך :
Tempore, quo dixit Deus O. M. Moysi, congrega mihi 70 uiros e senioribus Israel, secum cogitauit Moses, quomodo hoc faciam? Si ex qualibet tribu selegero 6. numerum imperatuum superabit is numerus binis (erunt enim 72.) At si selegero ex qualibet tribu 5. deerunt numero imperato 10. (ita enim fient 60.) & denum si tribu altera Quinos, atque ex altera Senos selegero, inter tribus conflabo inuidiam. Quid igitur fecit? Selegit ex tribubus singulis sex, & adhibitis 70. duabus schedulis, in septuagenarum qualibet inscripsit vocem אָמֵן. Senior, reliquis binis inscriptione eiusmodi carentibus. Hasce commixtas in pyxidem, s. urnam, indidit, & tunc dixit illis: Venite & tollite schedulam sibi quisque suam. Qui manusua extraxit schedulam inscriptam nomine Presbyteri, ei dixit Moses, iam pridem sanctificauit te Deus; Qui extraxit ita manusua schedulam puram, ei dixit: Deus te non uult. Quid faciam tibi &c. In cuius fortis methodo recensenda copiosus admodum est Selden. de Syn. V. H. l. 2. c. 4. p. 593. sq. Sed enim Mosen hac usum methodo, imus inficias. Nullum subest dubium, quin Moses uerbo Domini Num. ii. ad se facto, qua fieri posset, obediens optimos quosue functione dignos, Diuino Numine peculiariter auctum illum dirigente, selegerit, constitueritque, nulla interueniente fortis lege. In eo plerique inter se conueniunt Hebraei, quod post mortem Moses electionem nudam Maiores adhibuerint, excellentibus & uita & doctrina quibusue selectis. Gem. Hieros. ad Tit. Sanh. c. i. f. 9. col. 3. diserte: מ שם הו שולחין אורה בכל עירורך שכארץ ושראל וכל שזרן מוצאיו אוthon חכם עניו שפוי עני טובה נפש שפלה רוח נמנוי לכ טוב יציר טוב חלה טוב הוי מושיבין אותו בבית דין שבחור חבריהם ואחר כך בבית דין שבחיל ואחר Inde נך בכירות רון הגrole שבלשכרי הגזירות: mittebant in quamlibet urbem terrae sanctae & quem comperebant esse sapientem, mansuetum, natura sedata, bonis oculis, (s. liberalem,) animo submisso, Spiritu humili, corde bono, bono affectu, fortuna bona, eum collocabant in Synedriu mon-

montem Templi possum, & postea in Synedrium, quod ad Antenurale sedes habuit, & postea in Synedrium M. quod in Lischcath Hagazith. Consonat Gem. Babyl. ad Tit. Sanb. c. 10. f. 88. b. מְשָׁבֵךְ כוֹתְבֵין וּשְׁוֹלְחֵין בְּכָל הַמִּקְשּׁוֹת כֵּל טַי שָׁחוֹ חַכְםָ וּשְׁפֵל בָּרֶךְ וּרוּתָה חֲבֻרוֹת נַוחָה וּחַטִּינָה וְהַאֲדִירָה בְּעִירָה מְשָׁמֵךְ מְעַלֵּין אָתוֹת לְחַדְרָה הַגְּנוּזָה: Inde scribebant, mittebantque per omnia loca: *Qui sapiens est, genu humili & hominibus gratiosus, fiat iudex in urbe sua.* Inde euehebant eum ad montem Templi, inde ad Atrium, atque inde demum ad Lischcath Hagazith. Adiicit Glossa: שְׁמָם מְעַלֵּין אָתוֹת לְהֹווֹת נַחֲתָה רַיּוֹן בְּחַרְבָּה כְּשֶׁמֶת אַחֲרָה מְהָם וּוֹשֵׁב שֵׁם עַד שְׁמַת אַחֲרָה עֹזָה וּמְעַלֵּין אֶת וְהַ שֵּׁם וּכְלָוִן יִשְׁבַּת בְּחַרְבָּה: Inde euehebant eum in dignitatem iudicis in monte Templi, quoties ex illo Synedrio quis obierat. Ibi sedes habebat, usque dum moriebatur quis ex Synedrio ad Atrium posito, quo tunc etiam eueclis est. Et uniuersim ita ab altero ad alterum solebant euehi. Vid. Maim. Hal. Sanb. c. 2. Mos. Korzens. Praec. Affirm. 97. Selden. Schickard. Wagens. reliqui. Candidatos praeterea, Hebraeorum Magistris id affirmantibus, uitio tam mentis quam corporis carere oportebat, acque ac Persarum Seniores, qui Xenophonii αντεληγοροι dicuntur apud Brisson. de Regn. Pers. l. 2. qua uoce usus est Paulus, i. Tim. 3. 2. Ἐπίστολοι εἰς τὰ ἀρχαὶ τῶν, id quod Syrus reddit:

אַבְנָן ? מְלָכָן ? נְמָן ?

Sed enim uero ut sit Presbyter talis, ut macula non reperiatur in eo, quem secutus est Arabs & Persa, quod tamen Interpretes non simpliciter, absolute ac in rigore acceptum uolunt, quo sensu nemini illum ad perfectitudinis gradum accedere contingit; Verum relative, comparete, secundum quid, respectu aliorum, qui non sunt sano corpore, aut in diem uiuunt, tanquam homines non optimae notae, iura, tam diuina, quam humana, susque deque habentes, quibus sententias ferendi uis & facultas non inest.

§. 16. *Electio* pro uarietate, s. mutatione temporum, uariat. Initio publicas ad functiones uocati per legitimam electionem doctissimi & pientissimi. Sed, crescentibus indies hominum uitiis. Vocationes multum sunt passae humani. Ordinatione per simplicem constitutionem electi, qui se commendabant ab literis, pietatisque zelo, quam electionem omnium dixeris diuinissimam, quae inter homines ab hominibus unquam facta. Quandoque tamen constituti per SVFFRA. GIA, h. e. Symbola certa externa, populi, per sortem, aliaque, de quibus iam non est dicendi locus. *Inauguratio*, quae nostra memoria, quod sigillatim uerbi diuini Ministros spectat, communiter *Ordinatio* appellatur, per impositionem manuum facta est. Talmudici quatuor praecipue actus recensent, nimirum collocationem in Synedrium, fascium traditionem, impositionem manus, renunciationem, s. solemnem proclamationem. Priscis tamen סמיכה, *χειροθεσίαν*, ab Mose, posterisque eius deriuatam, Num. 27. suffecisse, uero similius esse aliquibus olim videbatur. Vid. Cinaeus de Rep. Hebr. c. 12. & Coccei. ad Sanh. not. 10. c. 1. f. 3. Totum ferme regimen Ecclesiarum Christi conformatum est ad politiae Iudaicae exemplar, unde *χειροθεσία*, Christianis in uerbi diuini Ministri ordinatione usi recepta, etiamnunc in posteros traducitur. *Electio* ab *Ordinatione*, quem actum communiter impositionem manuum, aut solemnem inaugurationem, die Einweihung uocitant, unde Candidatus Ministerii Ordinandus, integerque huius solemnitatis actus Ordinatio dicitur; Et ab illo actu, quem *investituram* vulgo nominamus, differt. In *χειροθεσίᾳ* autem, diuinae benedictionis εχύματι, multum olim situm fuisse, aequalis Antiquitatum aëstimator non ignorat.

§. 17. *Materia circa quam s. Obiectum*, erant res diuinae pariter ac humanae. Vtrumque ius, tam Ciuale, quam Eccles. & circa sacra Synedrio concreditum. Hinc in errore uersantur non leui, qui cum Goodwino, aliisque, praeter Synedrium M. *Confessum aliquem Eccles.* h. e. Synedrium peculiare ab Synedrio M. sciundum, statuunt, quibuscum facere uidetur Beza ad Mt. 2. 4. p. 5. dum ait: *Ecclesiasticus Senatus*

AKT II. 248

X 332 7629

VO 18

28.

Senatus ab illo Ciuli distinctus. Erat quidem Sacerdotibus proprius aliquis confessus & concilium, sed propterea duplex Synedrium fingere, non habemus necesse. Sacerdotes separatis in conclavi, vel domo quadam, conuenerunt, non ut *Iudices*, neque ut *Consiliarii* illi, quos nostra memoria Kirchen-Kathe uocamus, sed ut *Consiliarii Ecclesiastici*, qui consulerent de rebus & negotiis Templi, ut praefecti essent omnia ad cultum diuinum necessaria, ut sarta testa conservarentur aedificia Templi & Atriorum, atque ut rite procedat Liturgia publica, periinde ut in Academiis, quamuis ceteroquin ordinarie nonnisi unus Magistratus Academicus, omnes Facultates suos seiunctum habent confessus, s. conuentus. Talmudici igitur, quando mentionem iniiciunt בֵּית שֶׁל כְּהנִים, domus, *I. Synedrii Sacerdotum*, non intelligunt Synedrium aliquod Ecclesiasticum, quo conuenient Clerici ut *Iudices*, sed tum sermo illis unice est de לשכה בָּרוּתָן, *Conclavi Θελευτῶν*, quomodo alias passim nominant Talmudici, Iudaeique Graecienses, quales Consiliarii ad consultandum de negotiis praesertim Templi concurrentes forenses nunquam lites iudicialiter composuerunt, sed, si qua res in contiouersiam uenerit, eandem ad Magistratum sumnum, ex cuius ordine maximam partem erant ipsi, decenter detulerunt. Vid. Lightf. Hor. Hebr. ad Mt. 26.3. p.371. & Lund. Jüd. Heiligth. I.3. c.12. p.455.

s. 18. Norma litigationum erat lex initio tantum scripta, כְּפֹר, liber nar' ἐξοχὴν, תְּהִירָה, lex ἔγγραφο. Mox accessit פָּה שְׁכָעַל תְּהִירָה, lex, quam Dominus ore Moysi tradiderit, ut sentiunt Magistri, νόμος παλαιοπαραδόσεως, verbum ἀγράφον, oralis institutio a Maioribus accepta. Quod formam, s. modum ferendi sententias, contiouersiasque decidendi attinet, egerunt res iudicialiter, more forensi tum temporis usitato, qua de re infra nonnulla adnotabimus. Finis primarius & ultimus erat Diuini Numinis gloria, secundarius & intermedius salus Iudeorum tam temporaria, quam aeterna, quandoque uera, quandoque imaginaria & apparet talis. Hactenus de Synedrio uniuersum

speciatio.

••• 10 (•••

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Cyan

Green

Blue



Farbkarte #13

Q.K. 443, 2.

Q. D. B. V
DISSERTATIO I.

II i
248

OBSERVATIONVM CRITICO-PASSIONALIVM SYNEDRIVM MAGNVM

EX ANTIQUITATE MAXIME IVDAICA ET
FORMVLIS VETERVM IN PRIMIS HEBRAEORVM
VNIVERSIM EXAMINANS

QVAM

INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
INDVLTV

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA
DIE AVG. M. DCC. XX.

PLACIDAE ERVDITORVM συζητήσεις
SVBMITTIT

PRAESES

SAMVEL FRIDER. BVCHERVS
AA. ET PHIL. MAG.

E T
RESPONDENS

IOH. ERNEST. GOTTLLOB
DE VVARNSDORFF
EQV. LVS. SVP.

VITEMBERGAE
LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, Acad. Typ.

